



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XVI. Testis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

milit. testam. Carpzov. cap. 7. consil. 2. de fin. 5. num. 7.

Limita III. non obtinere, quando institutus totius hereditatis capax non esset. *l. 1. C. de secund. nupt.*

Limita IV. si lege municipali statuto vel consuetudine de rebus vel personis jus commune disponantibus aliud cautum sit. *Bart. in l. 1. C. de summ. Trinit. num. 36. Alex. cons. 19. num. 6. in fin. col. 6. incip. circa primum dubium. Gozadin. cons. 49. num. 9. incip. circa primum. Gail. 2. obs. 124. num. 14. Socin. in tract. regul. reg. 495. ubi ibid. 22. limitationibus eam declarat.*

LI.

Testatus videtur decedere, qui voluntatem extremam in alterius dispositionem committit. *cap. cum tibi 13. extr. de testam.*

LII.

Testatoris voluntas ambulatoria est usque ad mortem. *c. cum Martha. extr. de celebrat. miss.*

De Testamento inofficioso videtur querela inofficiosa.

De Testibus in Testamento videtur, cap. sequens.

CAP. XVI. Testis.

Axioma I.

Testis corrupti dictum non valet. *licet 9. de probat. c. sicut 9. de testib. & attest. Panorm. in c. de testam. quia testimonium venale non est veritatis testimonium cap. 86. n. quest. 3. cap. 14. 15. quest. 4. cap. 18. de testib.*

Testis enim testimonium vendere non debet. *c. fin. 14. q. 5. & quod ab are fit, cum fieri debeat sponte, turpiter fit l. 4. §. si tibi ff. de Condit. ob turp. caus. unde & Ovid. 10. Eclog.*

Non bene conducti vendunt perjuriam testes.

Quæ vera sunt in favorem corruptentis, secus si pro parte non subornante: si tamen pecunia generaliter data sit ut auxilio sit, valet depositio. *Ludov. Roman. in sing. pag. 9. possunt enim preces in testibus intervenire, dum tamen cesset corruptio, Panorm. in d. c. 1. secus si corrumpantur. Accurs. in l. Divus ibique Bart. ff. de re judic. l. Divi. 27. ff. de pen. Benedic. Symphorian. in Comm. de arrest. amor. arr. 29. pag. 751.*

II.

Testibus affirmantibus plus creditur, quam negantibus. *gl. in l. diem proferre. §. si plures. ibique Bart. ff. de recept. arbitr. Berous cons. 24. n. 9. vol. 1. Grat. cons. 83. in causa de qua agitur. num. 1. lib. 4. Farinac. quest. 65. num. 200. ubi ampliat.*

Limita I. non habere locum regulam in criminalibus, in quibus tam negantibus, quam affirmantibus creditur, quando de innocentia rei agitur. *Bertrand. cons. 189. col. 2. vol. 1. Ludov. Ro-*

man. in l. in illa col. pen. ff. de V. O. Hyppol. de Marfil. in sing. 541. Roland. à Valle cons. 93. in causa de qua agitur. n. 9. lib. 4.

Limita II. quando testes deponerent pro reo; eo enim casu negantibus pro reo magis creditur, quam contra reum. *gl. in c. in nostra. de testib. Roman. cons. 156. circa fin. Alex. cons. 109. col. fin. vol. 5. Bald. in l. qui accusare. circ. fin. C. de cadend. Claud. de Seyfell. in l. ut vim num. 35. ff. de just. & jure.*

Limita III. quando testes negando pro non delicto deponerent, tum enim major fides adhibetur pro non delicto deponentibus, quam delictum affirmantibus, ut not. *Capol. in cons. civil. 60. & in cons. crim. 1. quem refert & sequitur Anton. Gabr. in Comment. concl. lib. 1. de testib. conclus. 4. num. 21. cum in dubio semper illa præsumptio sit capienda, quæ delictum excluditur, nec commissum esse censetur. l. merito 51. ff. pro soc. Joh. Crot. cons. 82. num. 16. lib. 1. & cons. 174. n. 2. & in l. si is qui pro emptore. num. 213. ff. de usu. cap. Roland. à Vall. cons. 304. numer. 251. & cons. 374. num. 39. lib. 3. Ant. Gabr. in Comment. Conclus. lib. 7. concl. 2. in pr. ac proinde testes præferendos esse dicentes delictum vel homicidium. aut spoliū non esse commissum iis qui affirmant, in specie not. Bald. Felin. ad c. nostra. num. 11. vers. & præferunt. extr. de testib. Gædd. 2. Cons. Marp. 28. num. 59.*

Limita IV. quando deponentes super negativa non deponunt super facto, quod potest cadere in sensum corporeum testis, sed deponunt in eo, quod cadit in intellectum, ut quia deponunt de peritia actus, vel de vulnere, quod non sit mortale, vel aliquam non esse prægnantem, tunc si deponentes negativè sint periti, & deponentes affirmativè non periti, peritis plus creditur, *Bart. Socin. in tr. regular. reg. 508.*

III.

Testes singulares de facto aliquo deponentes nil probant, *l. ob carmen 21. in fin. de testib. cap. licet ex quadam 47. cap. in literis 24. de testib. & attest. ubi gloss. in verb. soli. & in cap. cum dilectus 32. de Elect. cap. licet causam 9. de probat. ibique Abb. Felin. Alex. cons. 3. vol. 1. Jason in l. admonendi de jurejur ratio, quia ubi singularitas est, ibi varietas & unitas, quilibet enim est solus, sed contra jus divinum & humanum est, ut dicto unius tantum credatur, *Bald. cons. 400. incip. in causa Vincentii lib. 1. imò singularitas testium dividit testimonium, & lacerat, quia omne divisum laceratum est, ideoque testes singulares tanquam lacerati & divisi non probant Bald. cons. 25. incip. punctus. col. 1. in fin. lib. 3. Cravett. cons. 41. num. 41. n. 7. Conf. Arg. 1. cons. 142. cum seqq.**

Declara verum esse tum, quando de probando actum in specie particularem tractatur. Cæterum ad probandum in genere aliquid, scilicet esse informem, furiosum, hæreticum, testes singulares probare, fidemque facere, notat *Innoc. in c. qualiter & quando. & c. cum oportet. de accus. Alex. cons. 92. vol. 5. Mynf. 3. obs. 76. Gail. 2. obs. 66. num. 12.*

Limita, nisi ex dictis testium singularium.

Gg 2

ju

Judex in credulitatem adduceretur, propter quam possit fidem adhibere testibus singularibus, quia quantam fidem habere debeat judex testibus, in arbitrio ipsius relinquitur, l. 3. §. 1. *vers. magis ff. testib.* Paulus de Castro in l. Lucius. ff. *de his qui not. infam.* Decius conf. 163. in fin. Hypolit. in *pract. §. diligenter. in l. si quis 12. ff. de quest.* vel ubi ageretur de probatione actus conexi, ut si unus testis probat de principio, alius de fine, tunc tales testes, etsi singulares, probant Bart. in d. l. ob carmen. in fin. ff. *de testib.* Felin. in cap. licet. ex quadam. *de testib.* Testes enim singulares ut vari dici non possunt, quando in effectu conveniunt in eo, de quo est controversia, August. Bero. conf. 175. numer. 55. p. 3. cum sufficiat eos in facto principali esse concordēs, licet in aliquibus circumstantiis discordent. Cravett. conf. 267. numer. 6. Bero. conf. 20. numer. 35. col. 3. Gylman. rom. 2. p. 1. vot. 1. n. 66. §. 67.

VI.

Testis unus nullus testis, l. 9. C. *de testib.* c. 2. extr. eod. Farin. *de testib.* q. 63. pr. l. Maritus 20. *de quest.* etiam si ab homine in dignitate posito proferretur. arg. cap. ego solis 5. dist. 5. Val. Max. 4. d. memor. 1. numer. 11. Covar. *pract.* q. 33. 17. *vers. his accedit.* praeterim si de causa criminali ageretur. Deut. cap. 17. §. cap. 17. *vers. 15.* vox enim unius, vox nullus est, Harmenopol. 6. cap. *περι κηκολυμένων.*

Limita I. nisi de suo facto vel coram se gesto testetur, cap. 28. & ibi Mynk. numer. 11. extr. *de testib.* Umm. in *process. judic. disp.* 16. thes. 6. numer. 40. ubi restringit tantum ad Principem, non verò quoad alios admittit, securus Boët. decis. 221. n. ult. addat l. quæro §. fin. *de adil. edit.* Regner. Sixtin. i. conf. Marp. u. n. 83. Matth. de Afflict. *de off.* 369.

Limita II. in teste integræ fidei & probatæ vitæ, spectatæ conscientiæ, notæ probitatis, Lud. Zundt. in *resp. pro ux.* numer. 104. Hujus enim testimonio plenè credi, text. est in c. nobilissimus, *disp.* 97. cap. 1. §. q. 3. add. & Gramm. conf. 13. n. 15. §. seqq. cum pluribus ibi relatis in criminalibus. Jac. Phil. Port. *concl. rez & commun. opin.* lib. 1. *concl.* 8. reg. 5. ad fin. *vers. limita in teste valde digno.* confer & ea, quæ latè trad. Hippol. de Marfil. sing. 144. & Tiraquell. in tr. *de pæn. caus.* 51. n. 61. Farin. d. q. 63. n. 50.

Limita III. si à partibus sit approbatus, quo casu ex consensu partium potest fieri, ut unus testis plenam fidem & probationem faciat, l. si *pulatio* 1. §. 6. *vers. si durum* de V. S. Bart. in l. etiam. §. in l. si parentes Cod. *de testib.* Anton. de Butr. in cap. 1. *de probat.* Speculat. in tit. *de teste.* §. restat. Socin. in tr. reg. 507. Covar. 2. var. *resol.* c. 13. n. 1. *vers. ceterum.* Farin. d. q. 63. n. 18. Umm. d. *disp.* 16. th. 6. n. 40.

Limita IV. Si agitur de re modica, vel præjudicio modico, Jul. Clar. lib. 3. §. fin. q. 53. numer. 21. Umm. d. loc. numer. 40. Farin. 1. q. 63. n. 50. vid. & Gothofred. Pac. & Dd. ad l. 5. C. *de testib.* Berlich. 1. *conclus.* 26. n. 58.

Limita V. quando pro rei innocentia vel defensione deponeret, eo enim casu & unicum singularem testem fidem plenam facere, subjungunt

Jafon. in rubr. *de jurejur.* n. 8. quæ refert & sequitur Welenb. 1. conf. 19. n. 2. add. Egid. Boff. in *pract. crim. tit. de defens. reor.* n. 10. Gabr. lib. *de testib. concl. concl.* 1. n. 37. Regn. Sixt. 2. conf. Marp. 16. numer. 69.

Limita VI. si fuerit productus per partem. Productione enim censetur approbatus. arg. l. cum precum. C. *de liberal. causa.* Fr. Virius lib. 3. *decis.* 505. n. 12.

V.

Testis non juratus plenam fidem non facit, l. *jurisjurandi* 9. C. *de testib.* cap. tuis 39. extr. eod. tit. injuratus enim testis nihil probat, sed tantumquam illegitimus rejicitur, l. 9. l. *testium* 18. Cod. *de testib.* cap. si testes in fin. q. 4. *quasi.* 3. Setzer. 3. *de juram.* 9. numer. 3. praeterim quod juris naturalis, ut testis juret, Menoch. arb. *quasi.* 26. numer. 3. Setzer. d. cap. 9. numer. 8. ac proinde juramentum testis substantialis sit testimonii solennitas, argum. cap. 1. extr. *de sponsalibus.*

Declara & limita I. cum Menochio 1. arb. *quasi.* 26. numer. 5. non procedere quoad qualem qualem probationem, ut stante paritate probationis his testibus non juratis deferatur, Alex. in l. *milite.* numer. 7. Cod. *de testib.* per cap. cum olim *essimus* 12. *de privil.* §. conf. 147. numer. 2. lib. 6. Cravett. conf. 198. in fin. Curt. jun. conf. 106. numer. 8.

Limita II. non obtinere eam quoad præsumptionem, quam verè tales testes faciunt, cap. cum olim 7. ubi Abbas notab. 3. *de dol. gloss.* in cap. cum olim *de privil.* Alex. conf. 24. lib. 2. Felin. in cap. tuis. numer. 2. *de testib.* Cravett. in *annotat. ad Vestrum lib. 6. capit. 2. n. 40.* maxime si testis injuratus esset honestus & spectatæ fidei. Freher. 2. *de Existimationes.* ac dictum ipsius testis aliorum testimonio confirmetur, quam tamen limitationem non aliter, nisi de levi, admittit Umm. d. *disp.* 16. th. 9. n. 61.

Limita III. quando non juratus deponeret super eo, quod est notorium, arg. cap. super eo 3. *de testib. cogend.* dummodo deponat ad plenam judicis informationem, Innocent. in cap. *penult. de postul.* Prælat. Socinus in tr. *regul.* 516.

Limita IV. Ubi pars remitteret juramentum, cap. tuis 30. *de testib.* gl. in c. 2. *de probat.* §. gl. in l. 1. in *pr. ff. de fer.* Gail. 1. obf. 102. n. 2. Grævus 1. *concl.* 101. *confid.* 2.

Limita V. ubi statutum dat judici arbitrium in procedendo, & judex juramentum remitteret, Bart. in l. *si filiusfamil.* ff. *de donationib.* Gail. d. obf. 101. numer. 13.

Limita VI. ubi princeps mandaret alteri ut se informet, etiam testibus non juratis, gloss. *si. regul.* in cap. 1. *de pace tenend.* ibidemque Bald. in *assib.* Feudor. Plures limitationum casus adducunt Hippolit. singul. 434. & 460. Jafon in *repet. ad monendi.* ff. *de jurejur.* ubi vid.

VI.

Testis unius inhabilitas habilitate alterius suppletur, Bald. Alex. Jacob. de S. Georg. in l. si quis ex *Argentariis.* §. cogentur. ff. *de edend.* Felin. in cap. 1. *vers. & dicit Baldus de prescript.* & in c. nobis, notab. 1. *de simon.* Jafon in l. *eman-*
cipati.

ipati. *vers. sic etiam. Cod. de collat. Salicet. in l. bone fidei. vers. item est sciendum. C. de reb. cred. Alex. conf. 56. vers. secundo potest responderi. vol. 2. Ratio, quia dictum testis minus idonei convalidatur per testes fide dignos. Bald. in l. Gallus. §. ille casus. de liber. & posthum. Salicet. in l. in bona fidei. col. 8. C. de reb. cred. Roman. conf. 290. Alex. conf. 56. colum. fin. vol. 2. Bertrand. conf. 212. col. 4. vol. 1. Paris. conf. 120. vol. 1. Curt. in tract. de testib. concl. 1. adeo ut testem unum valde dignum & alium testem infamem plene probare, notaverint Bald. & Ang. in l. si quis ex argentiis. ff. de edend. ut refert Hyppolit. allegans plura in l. de minore §. tormenta. col. 3. in princ. ff. de quas. & hanc sententiam commendant Jason in reper. l. cum totos populos. col. 3. de sumor. Trinit. Roland. à Valle conf. 19. numer. 9. volum. 3. Gabr. lib. 1. de testibus. conclus. 5. numer. 1. Regner. Sixtin. 2. conf. Marp. 10. num. 60.*

Limita, nisi quando testes omnino sint illegitimi, quo casu numerus defectum non supplet. Cravett. conf. 57. col. penult. libr. 7. Corn. conf. 533. item sunt multi. col. 3. lib. 1. Alex. conf. 99. col. 4. libr. 4. Vaquez. libr. 2. contr. cap. 33. numer. 17.

VII.

Testes plures praeferendi sunt paucioribus, cap. in nostra 32. de testib. l. ob carmen 21. §. si testes, ibidemque gl. ff. eod. gl. in cap. si testes 4. quas. 5. Gabr. 1. commun. conclus. sub. tit. de testib. conclus. 9. num. 56. illat. 23. Vult. 2. conf. Marp. 30. num. 14. ideoque probatio per plures testes ei antepontur, quae fit per minorem numerum testium, c. licet causam 9. vers. ex praemissis, de probat. & ibi Abbas, & Imol. Ruin. conf. 71. vol. 2. Regner. Sixtin. 3. conf. Marpurg. 8. numer. 83.

Limita secus esse (1.) quando alia causa & circumstantiae existerent, ob quas minor numerus testium majori praeferi debeat, veluti si pauciores numero verisimiliora deponerent, his enim major fides est adhibenda, etiam si numero pauciores, quam deponentium contrarium, Johan. Ludov. decis. Perus. 14. n. 2. Menoch. 2. de arb. judic. quas. caus. 472. num. 24. Vult. d. conf. 30. num. 219. vel (2.) quando in specie deponenterent, cum testibus duobus in specie deponentibus magis credendum sit, quam mille testibus deponentibus in genere, Myns. cent. 3. observ. 76. Gail. de pignor. observ. 22. num. 12. per ea quae not. Innocent. in cap. auditis. de praescript. num. 4. Natt. conf. 572. num. 10. Alex. conf. 88. num. 8. & num. 10. vol. 5. vel (3.) quando simul cum instrumento deponenterent, quia testibus deponentibus simul cum instrumento plus creditur, quam aliis, etiam si contra instrumentum deponentes essent duplo plures, Imol. in c. cum Johannes, de fid. instrumentor. quem refert & sequitur Corn. conf. 232. num. 4. & conf. 219. num. 8. vol. 2. & conf. 261. n. 13. vol. 4. (4.) quando essent digniores, gloss. in cap. in nostra. ibique Hostiens. Panorm. Imol. Feilin. de testibus. Alex. conf. 27. col. fin. vol. 2. Paris. conf. 11. vol. 1. Vult. 1. conf. Marp. 15. num. 228.

Gozadin. consil. 13. col. penult. Hyppolit. conf. 51. num. 22.

VIII.

Quousque matrimonium prohibitum, eousque inviti testimonium dicere non compelluntur. Ratio consistit in reverentia & affectione, quam haec personae sibi invicem debent l. 4. ff. de Test. Ita cavetur, ne regulariter denunciatur invito testimonium dicere adversus socerum, generum, vitricum, privignum, sponsum, sobrinum sobrinove natum, eosve qui simili sunt gradu l. 4. l. 5. ff. de test.

Declara, ut procedat, nisi veritas aliter haberi non possit. Sic enim uxorem contra maritum, generum contra socerum in civilibus admissum fuisse testatur Sande L. 3. Tit. 10. def. 3.

IX.

Quoties in ipso examine testium nullitas occurrit, toties repetitio testium seu novum examen super iisdem articulis locum habet. Quia sic idem est, ac si nunquam testes fuissent examinati. arg. l. quoties 6. ff. qui satisd. cog. Ita ergo reproductio fieri potest, si citatio partis adversae fuerit omissa, Mev. P. 3. Dec. 14. Si testes non jurati deposuerint. Carpz. in Process. Tit. 13. art. 4. n. 87. Si super interrogatoriis non sint examinati. Gail. Lib. 1. obs. 105. n. 12.

X.

Quoties actus non est iterabilis, toties diversificativa singularitas testium nullam fidem meretur. Quia sic revera diversum & contrarium inducitur testimonium, nam ad diversum finem tendit & aliud factum. Hinc non majorem meretur fidem, quam si unus deposuisset. cap. 9. extra de probat. Exemplum est in homicidio, quod non potest dici probatum, si unus illud in foro, alter propè portam commissum dicat.

XI.

Quoties actus est reiterabilis, toties diversitas testium aliquid probat. Quia sic ratione finis hoc testimonium videtur unum, & convenire. Tendit enim ad idem factum probandum. Exemplum est in adulterio, in jure venandi, decimarum, & c. Hinc etiam si unus deponat de tritico, alter de hordeo, probata tamen videntur decimae. Gail. L. 2. observ. 66. n. 11. & 12.

XII.

Testis ultro se offerens ad testificandum habetur pro suspecto, c. 2. de testib. l. si quando 19. C. eod. Bart. in l. post legat. §. his verò. ff. de his quibus ut indignis. Bald. in Auth. sed novo. C. si cert. petatur. & in l. quoniam liberi. in pr. C. de testib. Grammatic. conf. 2. num. 6. Hyppolit. conf. 2. n. 4. Capell. Tholosan. quas. 385. praesumitur enim esse ejus inimicus, & ita non est idoneus, Gloss. & Bart. in d. §. his verò. & in l. quae omnia. ff. de procurat. & in l. libertus. ubi Bald. C. de testib. Angel. in l. 2. §. diem. ff. quemadmod. test. aper. Hyppolit. d. conf. 2. num. 42. Vult. 1. conf. Marp. 15. num. 224. Myns. 4. observ. 3. Excipe, nisi sit homo legalis, & omni exceptione major. Treutler. vol. 2. disp. 5. thes. 6. lit. e.

XIII.

Testis per facti, non per juris verba deponere debet. Dec. conf. 524. n. 3. vol. 4. fac. l. stipulatio (Gg) 3

ist

ista habere 38. §. hac quoque 7. ubi gloss. & Bart. de V. O. Paris. conf. 267. num. 6. Berous conf. 201. num. 35. Gylman. tom. 2. part. 1. vot. 1. numer. 66. & 67.

XIX.

Testis qui in uno vacillat & reprobatur, in omnibus sit suspectus, cap. fraternitatis 4. de heretic. Socin. conf. 54. num. 20. vol. 4. Gylm. in d. loc. n. 23. Ita testis mentienti in uno, in reliquis non creditur, cap. testimonium 54. de testib. gloss. in l. solum. eod. tit. Alex. conf. 39. in causa. libr. 5. num. 10. Vasquez. lib. 2. contr. cap. 33. numer. 17. qua de causa contrarietatem in testibus omnem fidem derogare eosque suspectos reddere dicitur, l. qui falso 16. ff. de testib. c. licet causam 9. de probat. c. literas 14. de presumpt. cum similibus à Reuber. allegatis in tract. de testib. p. 3. num. 143. Decian. resp. 59. num. 10. vol. 3. Paris. conf. 83. n. 38. p. 1. quo faciunt, & quæ de hac re traduntur à Campeg. in tractat. de testib. regul. 178. & seq. ac proinde falsum teneri ex cap. licet 9. de probat. l. qui falso 10. ff. de testib. voluit Bart. in l. eos 27. per illum textum in 1. respons. ff. ad L. Cornel. de fals. nisi quando animo corrigendi posteriora dixisset. cap. præterea 7. de testibus cogend. Vasquez. lib. 2. contr. 33. num. 8.

XVI.

Testibus malam rationem reddentibus omnino credendum non est, Alex. conf. 80. in fin. lib. 4. Angel. Aretin. in §. bone fidei, col. pen. vers. si quid. judic. Instit. de act. Ruin. conf. 13. n. 2. adeo ut etiam statutum in contrarium locum non habeat, Ruin. conf. 134. in fin. lib. 5. Dec. conf. 39. num. 5. Tiraquell. in tract. de nobilitate. cap. ult. num. 99. nec consuetudo quicquam operari possit, Jalon in l. de quibus. num. 65. ff. de LL. Debent enim testes necessarias & concludentes allegare rationes, ut dicta eorum probationem fortuantur. Klock. 3. consil. 196. numer. 14. & 15. Ceval. comm. opin. 664. v. 3. p. 168. per l. nam ad hoc. C. unde legit. l. neque naturales. C. de probat.

XVI.

Testis in sua causa nemo est idoneus, l. omnibus 10. C. de testib. l. nullus 10. ff. eod. c. de cetero 14. extr. eod. c. item nullus 4. quest. 3. Nulli enim fides adhibenda, cum testimonium dicit de re, cuius commodum vel incommodum ad eum pertinet, Speculat. in tit. de testib. §. 1. vers. item & testis. Regner. Sixtin. 2. conf. Marpurg. 10. numer. 140. quod procedit, quando non solum ex depositione tali commodum aut incommodum pecuniarium, sed etiam si commodum honoris vel laudis, aut incommodum vi Imperii scil. proficisci potest, Felin. in cap. cum à nobis, num. 12. de testibus. Corn. conf. 217. num. 6. lib. 4. Cravett. de antiq. temp. p. 1. vers. quod in libro officialis. §. fin. Vasquez. 2. contr. cap. 34. num. 4. vid. hac de re Umm. in process. judiciar. disp. 16. tb. 4. num. 33. Socin. ubi regulam dupliciter limitat in tract. reg. 527. 518. Jalon in l. si duo patroni. §. idem Julianus. vol. 4. vers. accedat. ff. de iur. iur. & in l. senium. C. qui testam. fac. poss. Dec. conf. 94. numer. 2. Grammatic. conf. 59. num. 5. & decis. Neapol. 73. numer. 18. quod tamen intellige verum, si id agatur immediate, secus enim

est, si fiat id mediata & in consequentiam, quo casu testis pro comodo non repellitur, fac. text. in §. legatariis. Inst. de testam. Jalon in l. si quis nec causam. ff. si cert. pot. & in l. quoties. in fin. l. de iudic. & in l. distantibus. col. 2. vers. ex ista. C. de testam.

XVII.

Testi dubitative deponenti non est credendum. Bart. in l. 2. §. item Labeo. numer. 5. de ag. p. l. Roman. in l. qui hereditatem de acquir. hered. Non enim potest facere apud alios, quod ipsi dicenti non sit firmum. Carol. Molin. in consuetud. Paris. lib. 1. §. 5. n. 27. Welenb. 2. conf. 58. num. 22. idem est si ambigue deponeret, tunc enim pro nullo habetur, Alex. conf. 152. v. 16. n. 2. vol. 5. Welenb. 1. conf. 20. num. 6.

XVIII.

Testes discordes ad concordiam quantum possibile est reduci debent. cap. cum tu 16. extr. de testib. Bart. in l. Gallus §. ille casus. num. 3. ibique Alex. num. 16. ff. de liber. & postum. l. si statuta 27. ff. de injur. & conf. 19. in questione proposita. num. 2. vol. 2. Bald. in l. item videndum, per illum textum. ff. de petit. hered. & §. quibus in princ. 4. constit. Cod. in 3. notabil. & in tit. de pace Constantie. Verb. die Luna. Imola in cap. inter corporalia. per gl. in verb. sex menses, de translat. Prælat. Aretin. in l. si cui. in pr. notabil. 2. ff. de legat. 1. Cæpoll. conf. crim. 60. n. 1.

Amplia I. hoc non solum procedere in testibus, verum etiam in instrumentis, cap. inter dilectos 6. §. ceterum, extr. de fide instrument. Cyn. in l. in exercend. 15. C. eod. Alex. conf. 122. colum. 1. vol. 5. Dec. in l. pacta novissima. C. de pact. num. 5. & conf. 195. n. 3.

Amplia II. non solum in causa civili, sed etiam in causa criminali. Felin. in d. c. cum de testibus. Dominic. in c. 2. §. fin. in notabil. ult. extr. de pen. Laurent. Tennin. in tract. cautel. caut. 267. num. 6.

Amplia III. obtinere non modo, quando diversa partis testes discordes reperiuntur, verum etiam ubi pro eadem parte producti testes sunt contrarii. Imol. in l. inter stipulantes. §. si Stichum. vers. & prædicta procedunt. de V. O. gl. in nostra. extr. de testib.

Declara & limita I. nisi quando contrarietates inter partis & testium dicta resisteret, quia tunc partis dictum nullam pro se fidem faceret, l. exemplo 7. C. de probat. Innocent. in cap. cum contingat, circa princ. de offic. delegat. Abbas in dict. cap. cum tu. per cap. in præsentia 8. extr. de probation. ubi quidem hoc verum esse ait quoad partis & testium dicta, non autem quoad partis dicta tantum, cujus contraria bene concordari possunt. Castr. post Baldum in l. 2. ff. ne quis eum. Socinus in l. 2. §. creditum de rebus credit. numer. 14. vers. nota tamen. Dec. in d. l. pacta novissima. numero 5. & consil. 195. numer. 3.

Declara II. procedere quoad dicta testium cum dictis partis producentis, secus quoad dicta adversarii, quæ cum testium contra se productorum dictis concordari possunt. Curt. Jun. in d. §. creditum. num. 15. vers. secundo limita. ibidemque

que Dec. num. 8. Abbas in cap. cum Johannes, extr. de fid. instrument.

Declara III. ut non procedat, quando cum partis assertionem etiam testes essent, quia tunc concordium testimonii respectu, concordia locum habebit, d. t. de cum cu. & d. t. cum Johannes 10. Curt. jun. d. n. 15.

Declara IV. procedere, quando aperte testimonium dicta partis dictis contradicunt, secus si ipsa dicta essent dubia, qui tunc interpretari debent secundum ipsius partis intentionem, l. si quis intentione ob. ibique Bart. ff. de iudic. Alex. cons. 88. col. pen. circa princ. vol. 5.

XXIX.

Quicumque prohibentur testes esse in iudicio, nequeunt etiam esse testes in testamento, l. 20. §. 5. de testam. juxta halaandrin. lect. fac. l. 13. l. 14. l. 15. de testib. ita v. c. arcenitur adulterii damnati ab utroque testimonio, l. 18. de testib. reperiundarum damnati, d. l. 20. §. 5. de testam.

Limita (1.) in heretico, vid. l. 21. C. de heret. (2.) in muliere, quæ dicitur τὰς συζυγίας, ut Harmenopolus loquitur, i. e. quæ ad constitutionem actus pertinent, seu ubi lex certum numerum testimonium ad faciendum actum aliquem recipit, testis esse nequit, §. 6. Instit. de testam. sed bene dicitur ἀποδεικνύει, i. e. in his actibus, quæ nudam exigunt probationem, l. 18. ff. de testibus.

XX.

Quoties conjunctio testimonii inter se tantum adest, toties non vitiat testamentum §. 8. Instit. b. r. ubi exempla. Cessat enim hoc casu fraudis suspicio, cum ad testamentum alienum adhibeantur.

XXI.

Quoties conjunctio testimonii cum testatore adest, toties illa vitiat, quæ est ratione potestatis, non quæ est ratione sanguinis, §. 9. Instit. de Testam. ordin. ubi exempla. Ratio est, quia vinculum potestatis inducit unitatem personarum. Nemo autem in propria causâ testimonium ferre potest, l. 10. C. de Testib.

XXII.

Quoties adest conjunctio testimonii cum herede, toties, qualiscunque illa sit, vitiat, §. 10. Instit. de Testam. Quia cum totum hoc negotium principaliter tangat heredem d. §. 10. Instit. heres in re suâ videretur testimonium ferre, contra d. l. 10. C. de Testib.

XXIII.

Quoties testimonii dictio est veritatis, toties & primarium & secundarium interesse testis vitiat testimonium, quia ita quis testis esset in propria causâ l. 10. C. de test. Ita venditor nequit testis esse pro emptore, quia obligatus est ad evictionem. Carpz. P. 1. Conf. 16. def. 68. Sic nec advocatus in causâ clientis. Brunnem. in process. Civil. cap. 20. n. 13. seqq.

Limita (1.) ut procedat, si interesse fuerit necessarium & immediatum. (2.) ut interesse secundarium non quidem penitus repellat testem, fidem tamen minuat, Farinac. Prax. Crim. q. 60. n. 9.

XXIV.

Quoties testimonii dictio est solennitatis, toties mulier non admittitur; quoties verò veritatis, admittitur, Quia solennium mulieres sunt incapaces. Ita ergo mulier in testamento solenni testis esse nequit. Sicut nec in causâ feudali super investitura Wesenb. ad ff. Tit. de Test. §. 28. E contra in testamento militis vel patris inter liberos testis esse potest, Manz. de Testam. valid. & invalid. Tit. §. 9. l. n. 11.

XXV.

Quoties testimonii dictio est solennitatis, toties sufficit, principaliter negotium ad testem non spectare. Quia hoc casu aliunde vel per alios testes veritas poterit haberi, & ita numerus testimonium supplet defectum qualitatis. Exemplum de Legatario & Fideicommissario est in §. 11. Instit. de Testam. ordin.

XXVI.

Quoties testimonii dictio est solennitatis, toties sufficit testes habiles fuisse tempore actus gesti. Quia solennitates non ex dubio rerum eventu, sed ex eo tempore, quò adhibentur, sunt estimandæ. Conf. cap. 73. de R. J. in sexto. Exemplum est in testamento condendo l. 22. §. 1. ff. qui testam. fac. poss.

Declara, ut non intersit, si reverà eò tempore habiles fuerint, si ex communi hominum opinione, §. 7. Instit. de Testam.

XXVII.

Quoties testimonii dictio est veritatis, toties testes habiles esse debent tempore depositionis. Quia sic in depositione demum fidem faciunt iudici. Ita ergo libertus potest testari de iis, quæ in servitute vidit. l. 99. §. fin. ff. de V. S. Sic pupillus de eo, quod in impubere ætate vidit. Zoef. ad ff. Tit. de Test. n. 4. Idem est in testamento probando ejusque veritate. Conf. Manz. de Testam. valid. & invalid. Tit. §. 9. l. n. 34.

XXVIII.

Testis in deponendo non debet assumere partes iudicis, Wesenb. p. 2. conf. 58. num. 25. testis enim non est judicare, Innocent. in cap. cum causam de testam. Bart. & Dd. in l. qui testamento, §. fin. de testam. sicut nec testis esse potest in causâ, in qua consuluit. Bart. & Dd. in l. admonendi. col. 8. vers. venio ad tertium. Alex. consil. 13. colum. penult. vol. 3. Vult. 1. consil. Marpurg. 15. numer. 232.

XXIX.

Testis omni exceptione major dicitur, cui nihil obijci potest, gloss. in §. item verbor. Instit. de inutil. stipulat. Dec. in l. 2. ff. de Reg. Jur. Cravett. conf. 99. col. penult. Roland. à Valle conf. 7. num. 15. Joseph. Mascard. de probat. vol. 3. concl. 1360. incip. testes omni exceptione majores. Regner. Sixtin. 2. conf. Marpurg. 8. num. 148.

XXX.

Testem producents, eum impugnare nequit, gloss. in §. & licet, in fin. in verb. & supplicia. Auth. de testib. collat. 7. Bald. in c. licet, de testib. Jason in l. 1. §. 1. de V. O. Alex. cons. 7. vol. 1. adeo quidem, ut quamvis eo usus non sit, tamen non poterit opponere in ejus personam, si ex adverso producat, Bald. in l. 1. §. bestias ff. de postulan- (Gg) 4 do, &

do. & in l. data opera. C. qui accusare non poss. Cravett. in tract. de antiq. temp. part. princ. 1. §. queritur. num. 15. nec possum testē à me in quadam causa productum, in alijs causis contra me productū reprobare, ex quo ipsum semel approbavi, Archidiacon. & post eum Johan. de Turre Cremat. in cap. accusatores. 3. q. 8. c. si testes. vers. si quis 4. q. 3. Ex quo enim quis ad testimoniū vocatur, eo ipso videtur approbatus esse per eum, qui ipsum vocari fecit, Capoll. cautel. 217. Specul. in tit. de testib. §. sapē vers. quod si eum. l. 17. C. de test. Tyndarus de test. lib. 3. cap. 1. n. 8. Boer. decis. 245. n. 1. Vivius in comm. opin. verb. Testis productus pro me. Farinac. quest. 62. illat. 10. n. 211. & plene probant Cephal. consil. 82. n. 46. Surd. consil. 390. n. 18. licet unicus sit. Cephal. consil. 65. n. 56. Hondedæus consil. 99. n. 26. Pancirol. consil. 171. n. 4. & 5.

Limita, ut procedat axioma de inhabilitate testium, contra quam postea excipere nequit producens. Non etiam de iis, quæ contra producentem asserit testis productus: nam hæc nihilominus refutare licebit producenti. Conf. Brunnem. ad l. 17. C. de Test.

XXXI.

Quotiescunque lex numerum testium absque præfinitione requirit, tunc videntur duo sufficere, l. ubi numerus. 12. de testib. l. inter illam 217. in fin. de verb. signif. Pluralis enim locutio duorum numero est contenta. l. si gemina 10. arbor. furt. cas. ubi Bart. cap. 2. de fil. presbyt. vid. supr. lib. XIV. cap. Pluralis.

Limita, ut procedat assertio, quando testes adhibentur ad actum inter vivos, in quo testes tantum adhibentur ad fidem rei gestæ faciendam. Hæc autem ex ore duorum vel trium testium haberi potest, cap. 40. de testib. in sexto.

XXXII.

Quoties leges absque præfinitione requirunt testes in materia ultimæ voluntatis, toties quinque sunt necessarii, arg. l. ult. §. ult. C. de Codicill. Quia hic testes adhibentur non solum ad probationem rei gestæ, sed etiam solennitatis ergo, unde ad minimum quinque requiruntur, exemplo legatorum, donationis mortis causâ, codicillorum. Exemplum est in Nov. 107. cap. 1. ubi eo casu, quò in testamento patris extraneis aliquid relictum est, simpliciter testes requiruntur, hinc ibi quinque adhibendos esse, contra Carpz. P. 3. Const. 4. def. 10. defendit Stryck. Disput. de testamento paterno inter liberos. cap. 4. n. 47. Conf. Brunnem. add. l. 12. ff. de Testib.

Limita, ut procedat in ultimis voluntatibus condendis: nam postquam conditæ sunt, si tenor earum probandus sit, duo sufficiunt, uti decisum refert Mey. P. 4. dec. 13. Et in Facultate Juridicâ Viadrinâ ita responsum testatur Brunnem. add. l. 12. ff. de testib.

XXXIII.

Quoties ab utrâque parte litigantium æqualis est conjunctio vel amicitia cum teste, toties valere ejus testimonium. Quia æqualis conjunctio æqualem parit affectionem, hinc cessat causa prohibitionis, Mey. P. 4. dec. 313. Sobrinus ergo

in causâ sobrinorum idoneus erit testis, cum tamen aliàs repellatur l. 4. ff. de Testib.

XXXIV.

Quoties causa universalitatis singulorum utilitatem respicit, toties testis ex universitate inhabilis est. Quia sic testimonium dicitur in propriâ causâ. Commodum enim ex hac re ad ipsum redundat. Ita ergo si agatur de Jure piscendi in pratis communibus, auff denen Stadt-Wiesen de Jure piscandi &c. civis nequit esse testis, Carpz. P. 1. C. 10. def. 65.

XXXV.

Cuicumque sub silentii fide factum aliquid commissum, ille ad testimonium dicendum regulariter non compellitur. Quia alioquin fidem falleret, & proditor illius facti existeret. Quod grave dicitur Ulpiano l. 1. ff. de Const. pecun. Ita sacerdos non debet testimonium dicere ratione revelati in confessione. Carpz. P. 1. Const. 16. def. 70. Neque Advocatus ratione ejus, quod ipsi à cliente secreto revelatum est, Berlich. decis. 101. Neque medicus contra ægrotum testis produci poterit.

Amplia, ut procedat etiam de tacitâ fide silentii, modò non agatur de facto turpi & crimine committendo. Conf. Carpzov. in Prax. Crim. q. 134. n. 63.

XXXVI.

Quoties veritas ex naturâ delicti aliter haberi non potest, toties admittuntur etiam testes inhabiles. Quia alioquin probatio deficeret, & delictum manere posset impunitum. Ita ergo inhabiles admittuntur in omnibus delictis, quæ sunt difficilis probationis, uti furtum, adulterium, simonia. Item in criminibus in loco secreto vel tempore nocturno commissis. Non etiam in homicidio, injuriâ, vid. Carpz. Pr. Crim. q. 114. n. 35. seqq.

XXXVII.

Testimoniis credendum non est, sed testibus, c. tua nos 8. extra. de cohabit. Cleric. l. 3. ff. de testib. Wesl. 1. conf. 19. n. 19.

XXXVIII.

Testes & instrumenta procedunt à pari, l. in exercendis 15. C. de fide instrument. Bart. in l. si quis ex Argentariis. §. nec iterum. n. 3. de edend. Ripa in rubr. C. eod. tit. n. 1. Tiraquell. de retract. proxim. §. 2. gloss. 1. §. 11. & 13. Zas. sing. respons. lib. 2. cap. 23. num. 15. Menoch. remed. recup. l. 10. 198. vid. supr. lit. l. cap. de instrumentis, in antiquis tamen instrumenta testibus prævalent, cetero loco 1. de probat. ubi Dd. & Cravett. conf. 54. n. 15. Chassan. conf. 15. n. 4. Felin. in cap. causam. n. 16. de probat. Paris. conf. 104. n. 46. vol. 1. Montan. fin. regund. c. 66. n. 5. 6.

XXXIX.

Testes recipiendi non sunt lite non contestata cap. 1. & seq. extr. ut lit. non contestat. cap. accedens 4. extr. eod. sed demum post eam contestatam, cap. quoniam frequenter. in princ. eod. tit. Lanfranc. de testib. cap. 8. num. 30. Gail. l. observ. 92. in princ. Farin. de testib. quest. 76. num. 2. Quod si contra fieret, depositio nulla & inutilis foret, ut ne quidem consensu partium fieri possit.

possit. *Parin. ibid. num. 6.* præterquam in casibus exceptis, de quibus *Umm. in judic. proceff. diff. 36. thes. 7. num. 47.*

XL.

Testes duo æquipollent tabellioni, *gl. in c. placuit. §. hac. de prescr. in fin. 16. q. 3. vid. supr. lit. N. cap. de Notariis.*

XLI.

Testis de auditu deponens nil probat, *l. testium 18. §. si solam 4. C. de testib. l. 2. §. idem Labeo 8. ff. de aqua plu. arcend. Innocent. in cap. præterea. & cap. causam que de testib. Joseph. Ludov. decis. Perus. 106. num. 19. Matth. de Afflict. decis. Neapol. 248. num. 5. Zaf. conf. 4. num. 16. vol. 2. Vult. 1. conf. Marp. 15. num. 314. Mynsing. 6. ob serv. 38. Besold. consil. 46. num. 70.*

Limita, nisi quando versamur in antiquis, per ea, quæ tradit Cravett. in tract. de ant. q. tempor. p. 1. §. viso de fama in antiquis. num. 1. & seqq. allegatus à Gædd. 1. conf. Marp. 28. num. 202. Modestini. Pistoris 1. consil. 27. n. 18. & 19.

XLII.

Testis de proprio facto deponens plene probare dicitur, *l. quæro 38. §. fin. ff. de edil. edict. Paul. de Castr. in l. servos. C. de testib. & in l. qui- que, in fin. C. de serv. fugitiv. Petr. de Benin- tend. decis. 62. dubium erat. Tiraquell. post alios multos à se citatos in tract. de retract. confang. §. 7. gloss. 14. num. 47. Francisc. Vivius in commun. opin. 394. incip. testis unicus. Matth. de Afflict. de- vis. Neapolit. 369. num. 6.*

XLIII.

Testis propriam turpitudinem allegans non est audiendus *Bald. in l. si duo patroni 13. §. idem Julianus 2. in fin. ibi: nec patrum iudex debet. ff. de iurejur. Henric. Boich & Dd. in c. inquisi- tionis §. tertie de accusat. Viv. Commun. opin. lib. 2. opin. 285.*

XLIV.

Testis de credulitate sive iudicio suo depo- nens non probat, *gl. in l. testimonia de testib. Bart. in l. 2. §. item Labeo in verb. dicitur habere. ff. de aqua plu. arcend. Innocent. & Dd. in c. quo- ties 5. de testibus. quoniam textus ille aliquod testimonium credulitatis nempe cum relatione majorum admittat. Alex. in rubr. ff. de iurejur. Dec. conf. 246. in causa inquisitionis n. 5. & conf. 524. visis his que plenè & conf. 657. requisitus nu- mer. 2. adeo ut ne is quidem testis probeat, qui se firmiter sive pro certo credere dicit. Dec. conf. 524. visis his que plenè. num. 2. Bald. in l. si ve possi- detis. vers. quæro C. de probat. per text. in d. c. tertio loco de probat. ibi: se pro certo credere. A- postil. ad Matthes. in sing. 37. Nos quod si quis. num. 14.*

CAP. XVII.
Textus.

Axioma I.

Textus juris omnium auctoritatem superat. *Vult. 1. conf. Marpurg. 34. num. 49.* unde etiam & dicta Dd. secundum leges & jura ab ipsis al-

legata intelligi debent. *Bart. in l. non solum §. si li- berationis ff. de liberat. legat. l. cum quidam. 12. ff. de his quib. ut indign.*

II.

Textus, cujus varius est intellectus, nullum validum præstare argumentum potest. *Bart. in l. in ambiguo 3. de reb. dub. vid. supr. lit. L. in vo- ce Lex.*

CAP. XVIII.
Theologia.

Theologia super omnes scientias est favorabi- lis, *cult. extr. de Cleric. vel Monach.*

CAP. XIX.
Thesaurus.

Axioma I.

Thesaurizare non debent parentibus filii, sed contra, *c. cum Apostolus 6. extr. de censib.*

II.

Quoties quis thesaurum in suo prædio licitis mediis invenit, toties eundem suum facit; ratio consistit in jure accessionis, juxta quod omne id, quod sub fundo meo deprehenditur perpendicu- lariter usque ad centrum terræ, meum est. Si ergo thesaurum in prædio meo vel casu fortuito vel datâ operâ invenerim, meus est, etiam si adhibu- erim virgulam Mercutialem; nam & hoc medium habetur pro licito in metallifodinis. Hinc ei dolus non potest imputari, qui id agit, quod alii com- munitè agere consueverunt. *Bart. in l. si pignore 22. §. ult. ff. de pign. act. conf. Speidel. Thes. Pract. voc. Thes.*

III.

Quoties quis thesaurum in loco non suo inve- nit fortuito, toties pro dimidio suum facit. *l. un. C. de thesaur. Quia Deus inventore potissimum usus est tanquam instrumento benefaciendi do- mino loci: æquum est ergo, ut hic inventori lo- co præmii aliquid relinquat, cujus summam de- terminavit Imperator in d. l. un. Ita quoque u- sufructuarius thesaurum in fundo usufructuario inventum dividit, *Carpzov. P. 2. C. 53. def. 6.* Idem est in marito, si in fundo dotali, in credi- tore, si in hypothecâ invenerit. *l. 63. §. fin. ff. de acquir. R. D.**

Limita: modò non datâ operâ vel artibus ma- gicis invenerit, sic enim totus pertinet ad loci do- minum, ne hic aliquin jure suo absque ullâ culpâ privetur.

IV.

Quoties de domino pecunie ullo modo pro- babiliter constat, toties thesaurus non est. Quia sic est alicujus. Et ita pecunia proprietario resti- tuenda, *l. 31. §. 1. ff. de A. R. D.* Hinc igitur num- mi in veste venditâ reperti non sunt thesaurus, sicut nec moneta novæ formæ in terrâ reperta *Carpz. P. 2. C. 53. def. ult.* Hinc idem circa hanc ju- ris, quod alias in re inventâ,

CAP.